ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobiliss.o D. Constantino Hugenio, Suylecomii D.o s
Ios. Smith S. D. Pl.

Nihil jam de Batavorum oppidi commentario; Rubiconem transiit, jacta est alea, expectationem sui apud te si sustinet et tuetur, vicimus. Eiusdem nunc oppidi civis, senator, tetrarchiæque territorii silentiarius D. Joh: à Benthem ad te venit, Celsissimo Principi Fratris sui causam commendaturus, existimavit ille quamquam plurium amicitiis subnixus, meis litteris aditum sibi apud te, Vir illustris, et per te apud Principem faciliorem et faventiorem fore. Non potui viro amico et benè de me merito hoc officii negare. Si ad humanitatem ergo quâ sponte illum tuâ complexurus fueras, tantillum momenti a litteris meis adjici patiaris, ut se a me, et me a te amari sentiat, magni id beneficii in loco uterque meritò ponemus. Vale. Scrib. festino calamo. Noviomagi. Propridie Calend. Xbris, Greg. A. ☧ CIↃIↃCXLIV.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 21
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 21
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 21
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850a

Myn Heere,

Myn Heere Conſtantinus
Huygens, Heere tot Suylichem,
Ridder, Raed en Secretaris van
Sijne Hooght den Heere Prince
van Oranjen,

Voor ~~Heer~~ en vriend
dien God geleyde.

's Gravenhage.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 21
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3850a